

In diébus Iosíæ:

- ⁴ Factum est verbum Dómini ad me dicens:
⁵ «Priúsquam te formárem in útero, novi te
et, ántequam exíres de vulva, sanctificávi te
et prophétam géntibus dedi te».
- ⁶ Et dixi:
«Heu, Dómine Deus!
Ecce néscio loqui,
quia puer ego sum».
- ⁷ Et dixit Dóminus ad me:
«Noli dícere: “Puer sum”,
quóniam, ad quoscúmque mittam te, ibis
et univérsa, quæcúmque mandávero tibi, loquéris.
- ⁸ Ne tímeas a fácie eórum,
quia tecum ego sum, ut éruam te»,
dicit Dóminus.
- ⁹ Et misit Dóminus manum suam
et tétigit os meum
et dixit Dóminus ad me:
«Ecce dedi verba mea in ore tuo;
- ¹⁰ ecce constítui te hódie
super gentes et super regna,
ut evéllas et déstruas
et dispérdas et díssipes
et ædíficas et plantes».

Verbum Dómini.